

COMMENTATIO  
IN EA  
QVAE SVNT PRIMA IN SCIENTIIS  
TRADENS

# NOTIONES GENERALES THEOLOGIAE INSERVIENTES

ADDITIS MONITIS  
DE  
THEOLOGIA  
IN GENERE  
EIVSQVE SPECIEBVS

IN VSVM COLLEGII THETICI  
CONSCRIPSIT  
**IO. FRIDER. WVCHERER**  
THEOL. DOCT. EIVSQVE ET PHILOS. NATVR. P. P. O.

JENAE LITTERIS RITTERIANIS.  
M DCC XXXVI.

coll. diss. A  
38, 37

Diss. A. 238

1811. #





# NOTIONES GENERALES PRAECOGNOSCENDAE.

---

## SECTIO PRIMA DE NOTIONIBVS GENERALISSIMIS SCIENTIARVM.

---

### §. I.

**N**ihil est caussa sui ipsius, alioqui sequeretur, vt ali-  
quid simul esset & non esset. Impossibile autem <sup>Nihil est</sup> caussa sui  
est, aliquid simul esse & non esse. Ergo impossibile est, vt aliquid sit caussa sui ipsius.

§. II. Quod sequatur, si aliquid esset caussa sui *probatio*  
ipsius, vt aliquid simul esset & non esset, ex ipsis termi-  
nis patet: caussa enim communicat alteri essentiam, a  
se distinctam, quum igitur aliquid actu caussa est, esse  
debet & existere; quia, quod non est, agere non potest aut  
producere effectum; idem autem illud: debet etiam non  
existere, quia ex actu illo productionis demum debet  
accipere essentiam. Ergo idem simul exsisteret & non  
exsisteret: quod tamen impossibile est.

§. III. Sunto canonem illum: *impossibile est idem pugnaret*  
*simul esse & non esse vniuersalissimum*, evidentissi-  
mum & a priori indemonstrabilem. Tantum non <sup>cum cano-</sup>  
omnes erudit fatentur, in hoc principium omnem <sup>ne: impossibile est,</sup>  
<sup>idem simul</sup> nostram <sup>effes & non</sup>  
<sup>esse.</sup>

nostram cognitionem resolui; quæ alioqui plura de hoc moneri solent, ad disquisitiones logicas pertinent.

*Quidquid facit Deus, sive sapientiae fit conuenienter.* §. IV. *Quidquid facit Deus, sive sapientiae fit conuenienter.* quum enim ille sit sapientissimus, id quod in sequentibus demonstrabitur, fieri nequit, vt in agendi ratione sua agat sapientiæ suæ disconuenienter: alioqui idem simul esset, & non esset; quod absurdum. (§. III.)

*Quæ igitur, præcipitanter iudicans, sibi quæ disconueniant cum diuina sapientia, deprehendere videtur. Sed videtur tantum: adeo, vt, qui rectæ rationis dictamen sequitur, vitia ratiocinationis, quibus abripiuntur eius generis homines, palatur, reuera pare statim possit.*

Non statim, quæ intellectus non comprehendit, reiicienda sunt. §. V. Multa quidem intellectus, præcipitanter iudicans, sibi quæ disconueniant cum diuina sapientia, deprehendere videtur. Sed videtur tantum: adeo, vt, qui rectæ rationis dictamen sequitur, vitia ratiocinationis, quibus abripiuntur eius generis homines, palatur, reuera pare statim possit.

§. VI. Sunt in agendi ratione diuina, quæ non comprehendit intellectus; ita offenduntur alii libertate hominis, qua quæ vult mala perpetrare potest; prouidentia numinis alii; occasione ab hac diuersa alii. Debabant ii expendere, se intellectu suo comprehendere non posse, finito quippe & limitato, agendi rationem entitatis infinitæ & illimitatæ. Existunt in naturalibus multa certo, quorum modum nemo adsequitur.

*Nihil fit sine ratione,* §. VII. Facit illud principium conuenientiæ, vt nihil fiat sine ratione; quidquid enim exsistit, rationem oportet habere existentiæ suæ: licet nos eamdem non semper adsequamur. Rationem sufficientem appellant.

*ratio sufficiens quid?* §. VIII. Nobis autem ratio sufficiens non est ratio necessitans, siue imponens necessitatem, quæ omnem veri nominis libertatem euertat; sed ratio disponens, flectens, & inclinando agens liberum determinans; id quod cum libertate veri nominis facile componitur; in naturalibus rationem mechanicam & necessitantem haud difficulter admittimus.

*transitus ad analogiam diuinam,* §. IX. Ex principio illo *conuenientiæ* deriuamus loquendi modum, quo Deus semet ipse repræsentat, quum

quum de se consiliisque suis atque decretis loquitur, analogia ab rebus humanis desumpta, applicataque ad ea, quae sunt diuina. Rem eamdem alias theologi verbis aliis proponunt, & Deum dicunt, de se nonnumquam loqui *αὐθωποταθῶς*, quae *Θεοπεπῶς* exponi debeant: quam distinctionem sua esse laude exornandam prorsus existimo.

§. X. Nec poterat carere homo limitatus analogia illa, sine qua rerum sibi diuinorum notionem formare non potuisset. Infinita enim essentia illa & non limitata, si voluisset loqui de se, prouti est, nemo mortaliū, quibus inest singulis intellectus finitus, & limitatus, sibi ullam potuisset formare notionem rerum diuinorum. Quod si autem ii omnibus ideis, analogicis etiam, destituerentur, exularet omnis fides, & triumphum ageret incredulitas.

§. XI. Probe tamen cauendum est, ne analogiam illam diuinam ad voces inanes, & nihil significantes ablegemus: quo errore Angli nonnulli recentissimi fuere commaculati, obuiam procedentibus, optimo consilio aliis. Sed hæc tantis inuoluuntur difficultibus, ut pauculae linea*e*i euoluendis non sufficiant.

§. XII. Id saltim, analogiam illam recte expendentibus, obscurum esse nequit, Deum sese manifestantem creaturis, aliter de se loqui non potuisse, ac locutus est. Alioqui nullus mortalium Deum loquentem intellexisset. (§. x.)

§. XIII. Percipitur analogia illa intellectu. Intellectus est facultas repræsentativa mentis, qua res sibi, siue materiales illæ fuerint, siue spirituales, potest sistere expendendas.

§. XIV. Voluntas est facultas appetitiua & auersatiua mentis, qua potest tendere ad bonum, siue verum siue apparens; aut fugere malum, siue verum siue apparens.

A ;

§. XV.

*Mens quid?* §. XV. Sunt illæ mentis facultates, quæ est principium illud cogitans in nobis.

*Homo duplex partibus essentia libus constat.* §. XVI. Menti corpus iungitur, vt mens & corpus, tamquam partes essentiales, constituant hominem totum.

*zires certae corporis nihil est a se.* §. XVII. Corpus variis viribus est instructum, ad vegetationem, ad sensationem, ad motum, & quæ ab hoc pendent plura, perficienda.

§. XVIII. Nihil exsistit a se, *positiue & caussaliter*. Alioqui idem simul esset, & non esset: quod impossibile. (§. III.)

§. XIX. E. ne Deus quidem est a se, caussaliter, qua, vti caussa effectum, semet ipsum produceret, vero & reali influxu: pugnam quippe secum ferret, quam debet auersari sapientia diuina. (§. III.)

§. XX. Non tamen Deus est ab alio: sed rationem exsistendi habet in absoluta essentiæ suæ necessitate.

§. XXI. Necessarium est, quod non potest non esse. Absolute necessarium, quod per nullam potentiam aliter esse potest; hypothetice necessarium, quod certa posita conditione aliter esse nequit.

*Perfectum.* §. XXII. Perfectio dicitur theologis, essentialis & interna rei alicuius præstantia; quam facile ad Deum ipsum applicueris.

*Creatura intelligenter per se.* §. XXIII. Præstantiam illam homo tamquam creatura intelligens debet querere; debet nempe recte inquirere in naturam rerum, emendare intellectum, flectere voluntatem, ad amplectendum verum & bonum, auertendumque falsum & malum. Exercitio eius saepius instituto, nascitur habitus.

*habitus eius diuisio.* §. XXIV. Habitus est promptitudo, actibus saepe repetitis adquisita: sic qui diligenter incumbit litteris, habitum tandem eruditionis adsequitur.

§. XXV. Diuidunt habitum in naturalem & supranaturalem. Ille viribus congenitis, a ratione sibi relicta;

relicta; hic viribus ab auxiliis gratiæ diuinæ, pendentibus proficiscitur.

§. XXVI. Cui competit definitio, ei & definitum: *Cui competit definitio, ei & definitum.*

quod adeo verum est, vt mysteria etiam, quorum sublimitas omnem rationem excedit, minus recte excipiuntur ab hoc canone: ratio eius vltima redit ad principium contradictionis. (§. III.)

§. XXVII. Datur exemplatum, quod exemplar imperfecte repræsentat. Sic hominis effigies siue picta Non omne exemplar illa fuerit, siue incisa æri aut lapidibus, hominem im- tum refert perfecte refert, si vel maxime ex legibus artis probe exakte exemplar. sit ista efformata.

§. XXVIII. Principia dantur suo modo congenita Dantur siue insita, id est tales propositiones, quarum veritas principia & nexus patet, non accedente probatione aliqua; ac cedit naturalis quasi ad illarum adsumptionem procluitas. Si alium eligere sensum velis, & respicere aut ad propositiones expressas aut ad imagunculas cerebro impressas, opinionem habebis sine sensu, sententiamque sumes, quæ probari numquam poterit.

§. XXIX. Quod adeo verum est, vt nisi ea notitia Probatio. congenita principiorum exsisteret, nec daretur usus ratio- nis, nullusque intellectus (§. XIII.) nec voluntas. (§. XIV.)

§. XXX. Dispescunt principia in prima & secunda. Principia da. Prima dicuntur, quæ ita se habent, vt aut a principio priori plane non pendeant, aut complectantur sunt vel prima, vel veritates tam generales, vt eadem principia sint veri- tatum aliarum, inde lucem accipientium; secunda au- tem, quæ ex priori deducuntur.

§. XXXI. Nihil ergo obstat, quo minus princi- piuum aliquod primum secundi ordinis, appelletur se- cundum; & idem illud secundum, primum, in ordine ad veritates, quæ ex eodem tamquam generali deriuantur. Sic totum est maius qualibet sui parte, potest se- cundum dici, respectu habito ad primum illud: impos- sibile Observatio.

sibile est idem simul esse & non esse; idem autem dixeris principium primum, in respectu ad applicationem ad has istasue res in singulari. Sic & in reliquis, quæ sunt considerationis methaphysicæ; quorum vberior declara-tio nostri instituti non est.

*Principio-  
rum ratio-  
nis usus,*

§. XXXII. Tantus exsistit usus doctrinæ principiorum, quantus ab rerum philosophicarum ignaris non potest existimari possibilis. Sed omnis cognitio nostra solidior reuera in principia generalia resoluitur: ut, qui principia philosophandi generalia contemnit, suam aperte ignorantiam profiteatur.

*licet non  
fint norma  
veritatum  
theologica-  
rum,*

*obiectum,*

*formale &  
materiale,*

*ratis*

§. XXXIII. Noli autem principia illa credere nor-mam veritatum theologicarum, ad ipsa mysteria atti-nentium: hoc enim respectu famulari debent & so-lummodo esse ad instar organi alicuius, quo res ratio-nem superantes, copulentur inter se & coniungantur.

§. XXXIV. Obiectum est id circa quod aliquid verfatur, siue spiritus sit siue corpus.

§. XXXV. Diuidunt obiectum in *formale* & *materiale*. *Formale* appellant principium cognoscendi, siue id, ex quo cognito, desumitur cognitio reliquo-rum. *Materiale* autem, rem quæ cognoscitur, siue rem cognoscendam. Diuersum illud est pro diuersitate scientiarum: in qualibet enim scientia, id est adsumen-dum principium cognoscendi, quod materiae substra-tæ conuenit.

§. XXXVI. Ratio est connata homini qualitas, qua illius mens apta redditur ad cognoscendum ve-rum bonumque, & ad auersandum falsum malumque. Insignis in eadem præ creaturis reliquis prærogativa latet: ratione enim iudice, ad sapientiam adspiramus, colimusque virtutem; a ratione ubi discesseris, nihil hominis, præter formam externam, supererit.

*a Deo pen-  
dens, a quo  
vix concipi maius, & vt reuelatio, ita ratio, solum Deum  
reuelatio.*

§. XXXVII. Est itaque donum Dei, quo potest agnoscit fontem.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII. Reuelatio est manifestatio voluntatis diuinæ extra ordinem facta: qua vix poterat carere homo, nisi debeat ille manere hospes in veritatum momentosissimarum cognitione. Longe enim absimus ab illorum opinione, qui quidquid ad res religio-  
nis attinet, in ipsa ratione sufficienter reuelatum esse, sibi fingunt.

§. XXXIX. Ex ratione pendet verum: quod dicuntur *nexus habere & in extremis suis, uti scholastici ne verum.* loquuntur, & cum veritatibus alijs: verum enim vero consonat, nec potest alteri alterum aduersari. Sic verum statuimus inesse huic vniuerso, propter nexus partium inter se; licet non omnibus datum sit, ut concentum illum egregium, iucundissimumque adgnoscant, perspiciantue.

§. XL. Distinguunt inter verum *physice, logice & Verum metaphysice* tale. *Verum physicum* est nexus partium mundi inter se & cum aliis plane mirificus & incomparabilis; qui nobis ex elementis physicis innotescit. *Verum logicum* est conceptus rem repræsentans, ut est: qualis datur inter omnes propositiones, quas tamquam veras adsumimus. *Verum metaphysicum*, internam vocant & essentialem præstantiam: sic homo in ordine ad partes suas integrales & essentiales, copulatas inter se, omnino multum in eo operæ consumat necesse est, ut vir bonus atque integer existimetur. Non opus habet nisi attentione ad virtutis præcepta, ita consequetur accidentalem etiam bonitatem & perfectionem, sine qua homo in societate subsistere nequit, aut saltim non existimari bonum reipublicæ membrum.

§. XLI. Dantur etiam veritates *experimentales & Veritates theoreticæ*. *Experimentales* fundamentum suum habent in factis siue experientia; *theoreticæ* autem in rationis principiis. Sic *experimentalem* vocamus veritatem, propositionem illam: pauci homines agunt aduersus alios,

B

ea,

*ea, quæ vellent ut aduersus se obseruarentur; theoreticam autem: pars est officii, homini incumbentis, ut tractet alios tamquam sibi æquales. Has vocant æternas & immutabiles veritates, in rebus ipsis sui rationem habentes.*

### Certum

§. XLII. Ex nexu illo, qui datur in eo, quod verum dicitur, sequitur *certum*, aliter enim esse non potest quam ut, quod inter se cohæret & cum aliis, animi nobis adferat conuictionem, nullis amplius dubiis obnoxiam, quam uno nomine certum appellamus.

*absolute  
necessarii  
unicum.*

§. XLIII. Vnicum datur absolute necessarium : quod Deus est.

*Immutabile  
non est abso-  
lute neces-  
sarium,*

§. XLIV. Immutabile non est absolute necessarium, siue, non ita se habet, ut eius contrarium inuoluat pugnam. Sic res, quas Deus ab æterno præuidit, esse futuras, mutari amplius nequeunt: absolutam autem iis necessitatem non adsignaueris, siue talem, quæ aliter esse non potest atque est, siue quæ ita exsistit, ut contradictionem inuoluat illius non existentia.

*ab ente ab-  
soluto ne-  
cessario pos-  
sunt pende-  
re res con-  
tingentes.*

§. XLV. Quare ab ente absolute necessario, posse pendere rem contingentem, non pugnat secum. Sic mundum recte dixeris seriem & nexus contingentium, licet eius existentia ab ente absolute necessario, ab ipso Deo pendeat. Quæ ab Atheis contra mouentur non sunt magni momenti, alio loco, examinanda.

*Progressus  
in infinitum  
non datur.*

§. XLVI. Progressus in infinitum non datur: aliqui sequeretur, ut existeret aliquid sine ratione sufficiente, quod fieri non potest, (§. VII. & VIII.) alioqui aliquid esset causa sui ipsius, (§. I.) quod absurdum, quodque pugnat cum principio contradictionis. (§. II. & III.)

*Subsistendum erit in primo aliquo.*

§. XLVII. Ergo erit tandem subsistendum in primo aliquo, quod rationem existendi largitur rebus quisuis aliis: quomodo autem primum illud sit nuncupandum, de eo in sequentibus erit dispiciendum.

## Cognoscen-

§. XLVIII. Cognoscendi principia eam habere debent

debent evidentiam, vt ex intellectis terminis veritas *di principiis*  
statim illorum pateat, quæ sunt: impossibile est idem *debent ha-*  
*simul esse & non esse, totum maius est qualibet sui par-*  
*te, & quæ sunt alia.* *bere euiden-*  
*tiam.*

§. XLIX. Ex nihilo nihil fit, nempe *naturaliter*, *Ex nihilo*  
*influxu reali & positivo, vti loquuntur: cui non obstat,* *nihil fit.*  
*per omnipotentiam diuinam aliquid fieri ex nihilo,*  
*vti factam esse creationem nouimus, de qua suo loco.* *Ab ignoran-*  
*tione modi.*

§. L. Ab ignoratione modi ad negandam rem, *ad negan-*  
non valet consequentia. *dam rem*

§. LI. Quod si velis ad rem ipsam accedere pro- *N. V. C.*  
pius, & attendere tam ad initium contemplationis re- *Contem-*  
rum theologicarum, quam ad adminicula necessaria, *platio con-*  
contemplatio conditionis tuæ, & eorum, quæ te cir- *ditionis*  
cumstant, ducere te debebit ad considerationem Dei *nostre nos*  
& rerum diuinarum, natura ratione iudice, quam con- *inuisibilita*  
firmat Paulus ad Romanos *cap. I, 20.* *Dei cognoscenda,*

§. LII. Quod adeo verum est, vt homo etiam lit- *Homines*  
terarum rudis, e contemplatione huius vniuersi, quan- *plebeios*  
tum illud in oculos hominum incurrit, adducatur ad *etiam.*  
Deum tamquam huius vniuersi caussam: nouit enim  
nihil esse a semetipso; (§. I.) nec dari progressionem  
in infinitum, in genere caustarum, (§. XLVI. XLVII.) vti  
nihil etiam potest esse a se. (§. XVIII.)

§. LIII. Mens hominis certis instruitur facultati- *Mens homini-*  
bus, quibus eumdem natura exornauit: id quod adeo *nis certis*  
verum est, vt si quem natura destituit, nulla arte huma- *facultati-*  
na defectus ille suppleri queat. Sunt illæ facultates, *bus instrui-*  
*iudicandi solertia, ingenium, phantasia, memoria.* *tur ad mu-*  
*nia sua ob-*

§. LIV. *Iudiciorum* facultas est vis insita menti homi- *cunda.*  
nis, qua verum a falso & bonum a malo discernere *Judicium.*  
potest. *Ingenium* est facultas inueniendi & intelligen- *Ingenium.*  
di facile, quæ alioqui difficulter intelliguntur. *Phan-* *Phantasia.*  
*tasia* autem est facultas repræsentandi, quæ alioqui ope  
fensusum repræsentata fuerant, vti *memoria* vim inuoluit *Memoria.*

retinendi impressa & repræsentata. Cerebri tamen subsidium & fluidi neruei, omnisque habitus corporis excludi non possunt: quia eorum aut constitutio rite sese habens, aut habitus ab naturæ ordine recedens, vel auget facultates supra dictas, vel minuit: quod fieri non posset, nisi aliqua daretur inter mentem & constitutionem corporis qualiscumque copula.

*Quarum  
facultatum  
habenda  
omnino ra-  
tio est*

*euitata ta-  
men præci-  
pitantia*

*additis ad-  
miniculis  
philologicis,  
philosophi-  
cis, histo-  
ricis.*

*Requirunt  
Theologi  
orationem,  
meditatio-  
nem & ten-  
tationem.*

§. LV. Quarum facultatum rationem omnino debet habere is, qui studio theologicō sese mancipat, vt, vtrum natura dignum fecerit, quem, vel minus, ad hoc studiorum genus, perscrutetur.

§. LVI. Omnem tamen præcipitantiam in ea di- iudicatione euitandam esse arbitror. Sic peruerse ille iudicaret, qui memoriae difficultatem caussam obtenderet inhabilitatis ad studia, theologica etiam; potest illa mitigari & temperari ordine debito recte obseruato, nec ad memoriam, sed ad iudicii actus solida cognitio rerum reddit, qua de re in logicis.

§. LVII. Addenda etiam sunt alia adminicula studiorum & doctrinæ subsidia philologica, philosophica, historica. Quibus explicandis aliis locus conceditur.

§. LVIII. Theologi antiquiores, inque his B. Lutherus noster, tria requirebant ad Theologum: *orationem, meditationem, & temptationem.* Precibus enim præparatur animus ad spiritualia; *meditatio*, auget cognitionem: instituenda illa est partim sepositis libris, partim libris vocatis in subsidium; librorum itaque cognitio ex re litteraria haurienda, haud quaquam negligenda est. *Temptationem* & ad mala sollicitationem non euitabit umquam, qui Deo sese recte mancipauerit; iam caro, iam mundus, iam ipse diabolus pelliciunt hominem ad mala committenda, quæ debebant omitti. Quod ad carnem mundumque attinet, vtriusque fraudes vel nullo negotio detegere licet; de insidiis dia- boli

boli fidem nobis facit scriptura in locis quam plurimi. Ceterum Deus iuuat omnes, quotquot patiuntur, ut spiritus sanctus operationem suam exerceat in illorum mentibus.

§. LIX. Plura dantur in theologia, quæ cognosci *Methodus* debent: pluralitas illa non posset non ciere confusio-<sup>tamen ad-</sup>  
nem & in proponendo & in discendo. Ergo methodo <sup>hibenda est.</sup> opus est: qua indico, seriem cogitationum, quarum altera emanat ex altera, eamdemque distincte & verbis claris propositam. Nobis autem videtur methodus illa scopo longe conuenientissima, qua intellectus per generaliora præparatus, ad cognitionem rerum magis specialium adducitur; id quod ipsa tractatio nostra satis docebit.

SECTIO SECUNDA  
DE  
THEOLOGIA IN GENERE  
EIVSQVE SPECIEBVS.

§. LX.

Propius nobis ad rem ipsam accendentibus, non possumus aliter, quin hominem, theologiam contemplaturum, ablegemus ad contemplationem conditionis suæ, eorumque quæ ipsum circumstant, quod & Paulus fecit ad Romanos cap. I, 20. (§. l.)

*Contemplatio conditio-  
nis nostræ,  
verumque  
aliarum  
circumstan-  
tium, dicit  
ad cognos-  
cenda inui-  
tibilia Dei.*

§. LXI. Finge itaque hominem litterarum rudem, cælum terramque oculis tantum usurpare, nulla meditatione subtiliori accedente, an non poterit in eas incidere cogitationes: cum nihil sit cauſsa sui ipsius, (§. I.) nec mundi systema esse posse a se, sed ab alio: illud aliud autem non est, nisi cauſsa prima, in qua subsistendum. (§. XLVII.)

B 3

§. LXII.

*Cognitio  
hominis  
plebeia  
etiam, ad  
cauſam  
primam  
ducit, pen-  
dens a con-  
templatione  
rudi celi  
et terra.*

*Commen-  
danda in  
primis est  
sui ipsius  
inspectio.*

*Qua dicit  
ad cognitio-  
nem mentis  
& corporis.*

*Mens &  
corpus exstendit ratio-  
nem habent  
in alio.*

*Sic & ope-  
rationes  
vtriusque.*

*Illud aliud  
non sunt  
parentes.*

*Nec res alia  
hominem  
circumstan-  
tes limitata,  
origo ergo  
repetenda  
principio  
quod exsistit  
a se.*

*Illa entita-  
tis Deus est.*

§. LXII. In primis autem homo in meditatione debet sui ipsius rationem habere: hac enim meditacione interueniente ad certam de Deo rebusque diuinis cognitionem poterit adduci.

§. LXIII. Inspectio sui ipsius adducit hominem ad cognoscendum, se corpus habere atque mentem arctissimo vinculo inter se copulata; corpus ipsi sensus manifestant; mentem illa, cuius sumus consciit perceptio docet clare satis.

§. LXIV. Vtraque pars hominis essentialis corpus pariter atque mens rationem existendi non habent in semet ipsis, (§. XVIII.) ergo rationem existendi habent in alio.

§. LXV. Vires etiam & operationes & mentis & corporis ita se habent, ut ipsis, qua talibus, & solitarie spectatis tamquam causis efficientibus principalibus adscribi eadem nequeant; sed supponant aliud, quod vires eas largiatur, & operandi potentiam. (§. cit.)

§. LXVI. Illud autem aliud a quo pendent corpus, mens & vtriusque vires, non sunt parentes: parentes enim, aut ne intelligunt quidem corporis machinam mentis essentiam, perfectiones & vtriusque principii vires, aut si quadam tenus intelligunt, ab intelligentia nuda ad efficiendi aptitudinem, consequentia non procedit.

§. LXVII. A parentibus si discesseris, in rerum limitatarum numero nihil repieres, cui originem mentis limitata, tis, corporis, viriumque vtriusque adsignare rite queas.

§. LXVIII. Eae tamen partes originem habeant necesse est ab alio, cum nihil exsistat a se ipso. (§. XVIII.)

§. LXX. Illa entitas Deus est, id quod clare patet ex modo dictis; corpus & mens existendi rationem non habent in se ipsis, (§. XVIII. adde §. LXV.) ergo habent existendi rationem in alio, (§. citato) nec vires vtriusque a se ipsis pendent, verum supponunt aliud, quod vires largiatur (§. LXV.) illud autem aliud, quum non

non sint parentes ipsi, nec esse possint; (§. LXVI.) quumque in rerum limitatarum numero reperiatur nihil, cui originem mentis, corporis, virium utriusque adsignare possis (§. LXVII.) & per modo dicta pendere eadem debeant ab alio, quum nihil sit a se ipso, (§. I. & §. XVIII.) ergo illud aliud Deus est. I. Q. E. D. Sed pluribus haec in sequentibus persequemur.

§. LXXI. Ad Deum itaque haec inspectio nos ad-  
ducit: cuius debemus scrutari existentiam, essentiam,  
attributa, opera; admirari etiam beneficia & corpora-  
lia & spiritualia, quibus exornauit ille uniuersum ge-  
nus humanum.

§. LXXII. Ipsaque illa consideratio vocatur *Theologia*

§. LXXIII. Theologia secundum nomen spectata *theologiae*  
est λόγος τῆς Θεᾶς, siue sermo de Deo; solet enim *Theologia*  
objectum indicari, quum vox λόγος cum voce alia rea-  
lē significatum habente, coniungitur, sic dicitur: ἀπε-  
τολογία, Φυσιολογία, άστρολογία, & reliqua.

§. LXXIV. Existit igitur theologia, quia existit  
consideratio eius, qui nobis existendi rationem largi-  
tur; (§. LXX. LXXI.) quam considerationem omisisse, im-  
pium foret: nihil certe potest cogitari, quod sit magis  
pium, honestum magis & commendabile, quam illam  
entitatem expendisse, a qua pendemus. Ex quo simul  
necessitas patet, incumbendi theologiae.

§. LXXV. Differt ergo theologia a scriptura, quæ *Differ-*  
est λόγος τῆς Θεᾶς, sermo ipsius Dei; quum theologia sit *theologia a*  
sermo de Deo.

§. LXXVI. Non tamen sequitur, ut quemuis, de *se i signifi-*  
Deo rebusque diuinis loquentem, theologum appellat-  
landum existimare debeantis, quis enim hominem ru-  
dem, aut puerulum præcepta catechetica recitantem, *catus nomi-*  
theologum diceret; omnis certe loquendi usus abhor-*nalis cum*  
raret. Quod si autem quis, theologum eum esse ex *loquendi*  
*usu non coincidit.*  
*origina-*

originatione vocis spectatum diceret, verum quidem id esset; sed quum hæc loquendi ratio ab vsu loquendi recedat, vitanda tamen erit.

*Vox Θεολογία in scriptura sacra non legitur: sed est vox ecclesiastica, qua non sine fructu retinetur.*

§. LXXVII. Licet vox Θεολογία in nouo testamento non exstet, vtiliter tamen, quum rem ipsam exprimat, & commode satis retinetur. Inscriptionem quidem apocalypseos: ἀποκάλυψις ἡμένη τῆς Θεολογίας, in qua concretum habeatur, posset quis allegare; sed non esse eamdem ipsius apostoli, multa euincunt. Differt inscriptione in exemplaribus diuersis, & idem ille, qui in aliis *theologus* audit, *sancius* appellatur in aliis: quum nullam plane mutationem versu apocalypseos primo obseruare liceat; nec legitur illa in versione Syriaca, antiquissima licet: vix denique præsumendus est Iohannes pro eo, quo pollebat, insigni humilitatis studio, prædicatum theologi sibimet sumisse; vox enim *theologus* insignem scientiam eamque habitualem indicat; quam cum Iohannis humilitate componere nemo poterit. Vero similius longe opinantur, qui doctorem aliquem Christianorum antiquum hoc adiecisse epitheton, tuentur: quod iure meritoque ipsi competit. Ille enim tanto studio de λόγῳ substantiali egit, & utramque Christi naturam exposuit, ab aduersariorumque strophis vindicauit, quanto reliquorum scriptorum vix quisquam alias.

*Exstant tam  
men voces  
alia in scri-  
ptura idem  
plane signi-  
ficantes.*

§. LXXVIII. Rem ipsam exprimunt voces aliae. Vocatur σοφία, sapientia, i Cor. II, 6. quia hominem vere sapientem reddit, eundemque ad æternam salutem adducit; λόγος σοφίας, sermo sapientiae, ή πολυτοίκιλος σοφία Θεοῦ, multi varia sapientia Dei, Ephes. III, 10. ita enim sese habet, vt ratio eorum nihil adsequatur, & tantum in Iesu Christo æternam obtineamus felicitatem; γνῶστις τῆς σωτηρίας, scientia salutis, Luc. I, 77. eo enim tendit omnis theologia, vt æternum reddamur felices; ἐπίγνωστις ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν, cognitio verita-

veritatis, quæ est iuxta pietatem: quia ad hunc scopum omnis omnino tendere debebat rerum theologicarum cognitio, vti semper in omni homine eo tendit; διδασκαλία πατέρων ευσέβειαν, doctrina secundum pietatem, *1 Tim. VI, 3.* Θεοδίδασκαλία, cuius concretum habetur, *1 Thess. IV, 9.* vos a Deo edociti estis, vt igitur theologia doctrina sit, quæ a Deo proficiscitur, mediante verbo legis & euangelii, siue scripto, siue ore proposito. Mitto synonyma plura, quæ in scriptura N. T. leguntur.

§. LXXIX. Theologia ex nomine spectata dispe- *Theologie*  
scitur in *archetypam* & *ectypeam*. *Archetypa* dicitur *in-*  
*secundum nomen di-*  
finita illa Dei scientia, qua ille & se & alia extra se *uiditur in*  
cognoscit, vti enim Deus est ens perfectissimum & ens *archety-*  
*spirituale*, id quod in sequentibus demonstrabitur: ita *pam & ec-*  
eumdem scientia oportet esse instructissimum; quod *typam.*  
enim quis non habet, alteri dare non potest. Con- *Theologia*  
ceptum illius formalem, eo ipso, quia infinita scientia *archetypæ*  
est, explanare quidem non possumus, eius tamen ali-  
quam analogiam in hominum notitia deprehendimus.  
(§. ix. & x.) Desumunt denominationem a voce græca  
*ἀρχέτυπον*, *exemplum*, ad quod efficitur aliquid; vti pro-  
ponunt exemplum iis, qui in arte scribendi volunt exer-  
ceri, vt ad eius normam addiscant litterarum ductus.  
Ita quæ in Deo est cognitio, est norma cognitionis alias,  
quæ deprehenditur de rebus diuinis inter creaturas.  
Quare cognitione quo propius ad illam accedit, quæ est  
in Deo, eo est accuratior; quo magis recedit, eo magis  
abit ab ipsa veritate.

§. LXXX. Opponitur archetypæ ectypea theolo- *Ectype*  
gia: hæc ad normam theologiae archetypæ exprimitur, *theologia*  
adeoque creata est & finita. Vox græca *εκτυπων* idem *quid?*  
est ac *ex archetypo expressum*, siue id, quod ad normam ar-  
chetypi perficitur. Recte igitur cognitionem, quæ est in-  
ter homines, ectypeam dixeris, secundum regulam logico-  
rum: *cuicunque competit definitio, ei & definitum.* (§. xxvi.)

C

§. LXXXI.

*Existentia  
theologiae  
archetypae  
probatur.*

§.LXXXI. Existere theologiam archetypam, ex ipsius rei conditione clarum est: adiungemus tamen probationem e dictis scripturæ desumptam. Sic *Matth. XI, 27.* *Neque quisquam filium cognouit, nisi pater.* Vox græca ἐπιγνώσων est agnoscō accurate, ut mens Christi sit: nemo agnoscit filium accurate, nisi pater, & nemo nouit patrem, nisi filius; spiritus sanctus a patre & filio propter ὄμοσιαν excludi non potest; ergo datur theologia archetypa. Adde *i Cor. II, 10. II.* *vbi spiritus Dei profundates diuinitatis scrutari dicitur.* *Rom. XVI, 25. 26.* vbi euangelium dicitur, temporibus æternis absconditum, nunc vero reuelatum per scripturas propheticas iuxta mandatum æterni Dei, in obedientia fidei inter omnes gentes notificatum; quæ *Seb. Schmidii* versio est.

*Datur theo-  
logia arche-  
typa in  
Christo  
secundum  
diuinam  
& huma-  
nam natu-  
ram, sed  
diuersa ra-  
tione.*

§. LXXXII. Quum sit theologia archetypa ipsa illa notitia, quæ est in Deo ex §. LXXIX. Ergo & Christus secundum diuinam pariter & suo modo humanam naturam habebit theologia archetypam, cum aliqua tamen differentia: quum secundum diuinam naturam Christo per se & independenter, secundum humanam naturam autem eidem ex gratia vniōnis personalis competit: de diuina natura nullum dubium est; in humana natura datur ex gratia vniōnis personalis. Quo respectu appellatur theologia vniōnis, quæ originem trahit ex vniōne hypostatica, de qua in sequentibus. *Coloss. II, 3.* in Christo sunt omnes sapientiae ac scientiae thesauri reconditi, & in Christo tota diuinitatis plenitudo corporaliter habitat cet.

*Probatio  
theologica  
ectypa.*

§. LXXXIII. Dari notitiam ectypam vel sola creatio ad imaginem Dei docet: ita enim *Genes. I, 27.* *Creatuit Deus hominem in imagine sua, in imagine Dei creavit eum* cet. imago autem Dei necessario supponit similitudinem aliquam cum Deo; similitudo illa dari nequit, nisi in anima; anima Deo similis est secundum qualitates; qualitates sunt notitia, iustitia & sanctitas, de

de quibus suo loco. E. quum homo dicitur esse creatus ad imaginem Dei, inuoluitur notitia illa ad quam sit creatus. Ergo notitia, quæ est in hominē, dici potest ectypa per ipsam scripturæ auctoritatem.

§. LXXXIV. Licet humanæ Christi naturæ ex <sup>Admittit</sup>  
 §. LXXXII. adsignauerimus theologiam archetypam, qua- <sup>theologia</sup>  
 tenus illa rationem in vnione personali habet; nihil <sup>humana</sup>  
 tamen obstat, quo minus eadem natura & in se, & in <sup>Christi na-</sup>  
 statu exinanitionis profundissimo spectata, recte dica- <sup>tura, vt</sup>  
 tur admittere notitiam ectypam. Immunis erat illa a <sup>huic in se</sup>  
 peccato, adeoque ab intellectus tenebris, quibus pre- <sup>spectata,</sup>  
 mitur genus humanum vniuersum: dubitari ergo ne- <sup>adscribatur</sup>  
 quit, quin illa natura in se spectata excellenti fuerit <sup>theologia</sup>  
 instructa rerum diuinarum notitia. Denegare certe  
 eidem lumen extraordinarium non possumus, cuius qui  
 in statu integritatis, a peccatis immunes viuebant, par-  
 ticipes reddebantur. Ita expresse legimus *Luc. II, 52.*  
*Iesum profecisse sapientia.* Quæ ad theologiam vnionis,  
 quum applicari nequeant, non possunt non ad illam re-  
 ferri, quæ existebat in natura humana Christi in se spe-  
 ctata: alterum certe dici nequit, quomodo enim scien-  
 tia, quæ infinita est, crescere poterit, E. super est alte-  
 rum. E. Christus creuit sapientia, secundum humanam  
 naturam in se spectatam: non habet locum, inquies,  
 notitia humanæ Christi naturæ in se spectatæ, quia ex-  
 tra vniонem personalem non existit; id quidem in du-  
 bium vocare non audeo; sed 1.) abstractionibus uti non  
 numquam, doctrinæ gratia, licet, vt separemus mente  
 ea, quæ copulata sunt secundum rem ipsam; 2.) ad sta-  
 tum exinanitionis profundissimum, vt nos recipiamus,  
 licet, in quo occurunt multa, quæ cum attributis diui-  
 nis, componi nequeunt, nisi ad istum respexeris.

§. LXXXV. Sic & datur theologia ectypa angelorum. De iis testatur Petrus *Epist. I, 12.* *in mysteria desi- Datur*  
*derant angeli introspicere.* Laborant itaque de augenda <sup>etiam theo-</sup>  
<sup>logia ectypa</sup> *angelorum.*

notitia sua: sed quidquid mysteriorum perspectum illis est, soli reuelationi diuinæ immediatæ tribuendum. Ex quo simul satis clare constat, aliam notitiam iis esse naturalem, aliam, studio quodam adquisitam.

*Datur etiam theologiae ectypam a hominum.*

§. LXXXVI. Denique hominibus adsignamus theologiæ ectypam, quam diuidunt in theologiam viæ & patriæ. *Theologia viæ* est, quæ hominibus inest in via ad cælestem patriam constitutis. Vocatur aliqui viatorum theologia. Opponunt huic, *theologiam patriæ* & *comprehensorum*, quæ inexistere dicitur iis, qui iam adsecuti sunt cælestem patriam. Rationem distinctionis huius deprehendimus *1 Cor. IX, 24.* Nonne scitis, quod, qui in stadio currunt, currant omnes, unus vero accipiat brabeum; ita currite, ut apprehendatis. Sic igitur statum huius vitæ & alterius comparat cum cursoribus, ad præmium tendentibus: adde *2 Cor. V, 6.7.8.* ubi, qui in hac vita adhuc ambulant, peregrinantium similes; qui ad cælestia gaudia peruererunt, iis adsimilandi dicuntur, qui confessio itinere, sunt apud Deum cumque eo habitant. Ad nos iam attinet theologia viatorum.

*Theologia quoad rem spectata.*

§. LXXXVII. Theologia in genere secundum rem spectata, est scientia practica, quæ circa Deum resque spectata. diuinæ versatur.

*Scientia est.*

§. LXXXVIII. Scientiam appellant, quod animo adfert cognitionem, firmam, eamque ab omni dubitatione liberam.

*Quæ supponit principiis inducitur, practica.*

§. LXXXIX. Ergo conclusiones theologiae e principiis deriuari debent certis & indubitatis; aliqui impossibilis esset cognitio, eam adferens animo conuictiōnem, quam in theologia adesse videmus.

§. XC. Vocant theologiam practicam scientiam, quum ad praxin tandem omnia reducantur; licet igitur theologia dogmatica propositionibus & conclusiōnibus theoreticis contineatur, ita tamen sunt comparatae omnes, ut basin præbeant conclusionibus practicis.

§. XCI.

§. XCII. Quæ caussa est, cur distinguant inter conclusiones formaliter & virtualiter practicas. Formaliter nec sunt vel practicæ sunt, quæ expresse præscribunt aliquid aut formaliter vel virtualiter agendum aut omissendum, vt: *time Deum, opera caritatis exerce etiam aduersus inimicos*; Virtualiter tales sunt, quæ licet explicite nihil præcipiant agendum omissendumue, ad praxin tameu diriguntur, vt: *Deus est omnipræsens. E. noli suscipere quidquam, quod omnipresentiæ diuinæ aduersari posset.*

§. XCII. Omnis cognitio theologica circa Deum Obiectum theologiae, & res diuinas versatur; directe nempe & proxime exponit & probat Dei existentiam, essentiam, attributa, Deus, & res diuina. opera, cultum eius internum & externum, vindicat etiam ab exceptionibus & obiectionibus aduersariorum veritates theologicas.

§. XCIII. Quæ ita se habent, vt ad praxin referantur. Sola enim Dei contemplatio ad intellectum quidem attinet instruendum; sed, nisi ad praxin dirigitur eadem, plus adferet detrimenti, quam emolumenti.

§. XCIV. Omnis illa rerum theologiarum notitia fontes agnoscit, e quibus deriuatur: quorum sunt duo, ratio & reuelatio.

§. XCV. Ratio est perfectio mentis connata, qua hæc potest nexus veritatum deprehendere, secundum principia ab ipsa natura oblata.

§. XCVI. Mentis perfectionem esse, patet, quod hæc ad perficiendum ea, quæ debet, ipsa ratione idonea redditur. Sic potest mens repræsentando, perpendendo, reflectendo, inclinando, ratione opitulante, obire munus suum.

§. XCVII. Connatam dico, quia homo, simulacrum nascitur, prædictus esse debet hac perfectione: eius tamen usus, ratione adolescente, sese exserere incipit.

C 3

Certe

Certe nisi ea connasceretur, crescentibus pueritiae annis traducenda ad usum, oleum, operamque perderis in ratione homini communicanda: qui stultus nascitur, manebit, nisi omnium bonorum fons Deus eumdem instruxerit dono hocce, quod omnia reliqua temporalia, quam longissime superat.

*Qua nexum veritatum potest deprehendere.* §. XCVIII. Idoneum reddit illa perfectio connata hominem, ut *nexus ille veritatum* possit deprehendere; siue iudicare, quæ vera, quæ falsa sint, quæ bona, malaue. Cuius vis sese exserit in omni re cognoscibili: hoc autem loco, quatenus sese in rebus diuinis ostendit, spectatur.

*Secundum principia ab ipsa natura oblata,* §. XCIX. Ipsa illa cognitio rerum diuinarum quomodo in ratione se manifestet, obscuriusculum videri posset: Ergo manifestationem illam fieri, probe obseruandum, *secundum principia ab ipsa natura oblata.*

*qua nempe usurrationis crescente ratio deprehendere potest, ex confidatione naturae, eorumque quæ se circumstrant.* §. C. Quæ principia non indicant propositiones in mente ipsa actu expressas aut impressas, easdemque congenitas; verum illas, quas potest intellectus, non adiuuante reuelatione speciali, deprehendere, simulatque eius usus, crescentibus & adolescentibus annis creuerit.

*Est tamen illa cognitio congenita.* §. CI. Illas autem non elicit ex se, sed ex confidatione mundi, sui ipsius, eorumque quæ se circumstrant. Illa vti non sunt a se, sed existendi rationem quæ ad hanc habent ab alio, ita existentiam supponunt entitatis, referuntur. quæ existentiam his largita fuerit, illiusque independentis, benignæ, iustæ, potentis, perfectissimæque: quæ præbent fundamentum principiis atque conclusionibus practicis.

§. CII. Nihilo tamen minus est & manet illa cognitio congenita: quia aptitudo congenita est, sese exferens una cum rationis usu sese exferente. Illa enim nisi exsisteret, nemo mortalium eamdem largiri posset.

§. CIII.

§. CIII. Quæ satis culta theologia naturalis ap- *Appellatur*  
pellatur, quia e naturæ principiis elicitor. Sed hæc *théologie  
naturalis.*  
de ratione: pergitus ad reuelationem.

§. CIV. Reuelatio nobis hoc loco est manifesta- *Reuelatio  
tio nexus veritatum*, modo extraordinario ab ipso *quid?*  
Deo facta.

§. CV. Nec semper homines omnes idonei sunt *Eius neces-  
sitas.*  
ad eruenda ex naturæ consideratione, principia con-  
clusionesque Dei agnitionem & cultum continentis;  
nec habilitas illa naturalis sufficit subleuandæ tollen-  
dæque ignorantiae hominum, quæ hos premit in diui-  
nis. Optulari itaque voluit Deus, medelam adferre  
ignorantiæ hominum, ad felicitatem perennem ten-  
dientium, per reuelationem.

§. CVI. Manifestauit ita Deus veritates duplicitis *Patent ex  
generis, illas, quas adsequitur ratio secundum princi- illa verita-  
pia sua; has, quæ omnem rationis captum excedunt. tes duplicitis  
Sic, Deum existere, entitatem esse a se, omnibusque, quas  
adsequitur ratio, perfectionibus esse instructum; eundem  
esse timendum, colendumque interne & externe, æque de-  
clarat reuelatio, ac mysteria, quæ fide attingimus tan-  
tum: id quod fidem nostram confirmat insigniter.*

§. CVII. Nexus habere veritates ita manifesta- *Alias nem-  
tas, scimus, in iis quas natura suppeditat, ex princi- pe scimus,  
piis ab ipsa natura oblatis; in iis autem, quæ superant alias credi-  
hominis captum, credimus, fidemque adhibemus Deo  
easdem manifestanti.*

§. CVIII. Ad sensum præbemus prioris generis ve- *Quorum  
ritatibus: quia nexus evidentem deprehendit intel- alterum  
lectus noster; posterioris generis autem, quia Deo di- pendet ab  
centi adhibentes fidem, qui veritas ipsa est, æque alterum ab  
certi sunt, ac illi qui rationem evidentem in natu- auctoritate  
ra deprehendunt. diuina.*

### §. CIX.

*Diversus existit modus quoque sequatur Deus in reuelatione, de cuius diuersitate nobis fidem facit scriptura sacra, quæ in sequentibus tradenda pluribus.*

*Res reuelationis ratione peruectigabiles innituntur veracitate diuina.* §. CX. Sunt fateor in iis, quæ reuelantur, multa, quæ euidenter patent rationi; non tamen metuenda confusio est reuelationis cum ratione: quum perspicue etiam veritates in scriptura non ex evidentiis & rationi peruiis principiis, sed ex auctoritate diuina deriuentur. Quæ differentiæ ratio satis clara est: sed vtraque theologia & naturalis & reuelata vberiorem requirit explanationem.



Coll. diss. A. 238, misc. 37